





12
Pra. 18. num. 27.

1773, 3^a 3/

ACADEMIAE LVDOVICIANAE RECTOR

ET

ORDINIS IVRIDICI DECANVS

CHRISTIANVS HARTMANNVS
SAMVEL GATZERT D.

CANDIDATORVM DIGNISSIMORVM

VIRI

GENEROSISSIMI ET ILLVSTRIS

FRIDERICI IOSEPHI NOBILIS DE SCHMITZ

EMIN. ELECT. MOG. A CONSIL. REGIM. ET IVDICII AVLICI
PRAESENTATI CAMERAE IMPERIALIS ASSESSORIS

NEC NON

VIRI PRAENOBILISSIMI

GEORGII IGNATII MANSVETI RVDING

IVDICII IMP. CAMERALIS SECRETARII

SOLLEMNIA INAUGVRALIA

PRO MORE INDICATVRVS

DE

RESTITVTIONIS IN INTEGRVM

EFFECTV NONNVMQVAM DECLARATORIO


IN SVPREMIS IMPERII IVDICIIS

PAVCA PRAEFATVR.

GISSAE,

typis IOANNIS IACOBI BRAVNII, acad. typogr.

CIOCCCLXXIII.





§. I.

QUATENVS DECLARATIONI SENTENTIAE IN RESTITV-
TORIO LOCVS SIT.

In declaranda sententia omnem operam omnemque
industriam in eo imprimis collocare oportere iudi-
cem, ne limites interpretationis excedens ad cor-
rectionem prolatur & vel addat aliquid obliga-
tioni partis reae vel detrahat iuri quaesito eius, qui
vicit, constans & perpetua est iuris regula. Nec enim
recte dixeris declarare aut explicare iudicem, qui aliud
plane & diuersum ab antea dictis & scriptis pronunciat,
quum haec tantummodo interpretari debeat, sententiam
autem in effectu vllatenus immutare, latumue vnguem ab
ea in substantialibus recedere, plane prohibeatur. Haec qui-
dem doctrina in eo potissimum casu ante oculos habenda
est, vbi in Restitutorio declaratio sententiae officio iudicis



peragi debet, prouti nonnumquam fieri consuevit in supremis Imp. tribunalibus (1). Primo enim omnium intelligenda hic est sententia, quae in rem iudicatam transit, cuius auctoritatem ne quidem sub obtentu nouorum instrumentorum tollere vel rescindere permittunt iura ciuilia (2): deinde declarationis faciendae ratio non ex ambiguitate aut obscuritate verborum sententiae, veluti alias ex communi rei natura assolet, sed potius inde repetenda erit, quod nimis generatim nec satis forsan determinate fuerit concepta in circumstantiis, neque vero de hoc defectu ante confiterit, quam post Restitutionem quaesitam (3). Causa ita habet. Restitu-

(1) Fieri posse ad petitam Restitutionem in integrum, hac reiecta, Sententiae declarationem, auctores sunt b. de LVDOLF in *Obseru. For. Supplem. O. 333.* & b. L. B. de CRAMER in *System. Proc. Imp. Sect. IV. Tit. II. §. 1498.* In genere quidem declarationi ex officio, *alias remedii reiecti loco*, datae locum facit ill. PÜTTERVS in *Conspectu rei iudic. imp. p. 131. α*) & *p. 305. α*) nec non in *Epit. Proc. Imp. §. 432.* Ast equidem potius censuerim, quum noua argumenta prolata declarationi, de qua loquimur, ansam demum praebuisse putanda sint, in aliis autem remediis nouorum non habeatur ratio; effectum declaratorium soli Restitutioni merito tantum attribui debere.

(2) *L. 35. D. de re indicat. L. 4. C. eod.*

(3) Incertitudinis esse speciem, quae procedat a generalitate aut verborum aut obligationis, declaratione deinde auferendam, haud



tutione in integrum coram summis Imperii iudiciis
vsuro nouis argumentis opus esse, aut certe antiquo-
rum cum iisdem coniunctione, notum est quam quod
notissimum. Iam licet in casu aliquo speciali, noua haec
argumenta non ita quidem fortia esse queant & ad rem
facientia, vt quoad ipsam iudicati essentiam restitutioni
locus concilietur, vtque eorum pondere obligatio iam
tollī valeat & rescindi, quam solidis superstructa argu-
mentis reo iniunxit sententia: potest tamen eiusmodi
simul exinde apparere facies rei, vt persuasissimum fiat
iudici, se certissime moderaturum fuisse sententiae am-
bitum, si rationem causae, nunc demum cognitam, tunc
temporis iam sciuisset: potest inpraesentiarum ex nouiter
adlatis causae fundamentis, illaeso licet iure ipso partis ad-
uersae manente, tamen in reliquis detegere se aliqua sen-
tentiae generatim latae durities, quam argumenta manife-
stissima & citra limitem eam intelligi aut ad effectum de-
duci prohibentia temperare exposcunt. Potest ex libello
restitutionis ante oculos demum poni defectus aliquis
eorum, quae aut ad consequentiam iam statutorum aut

a 3

ad

haud est ambiguum. Vid. P. SCHVLTZ in Diss. de Omissis in
Sententia c. III. nr. 164. 182. sqq. GE. WENER de Sententia
Concl. 19. 3). Generalis sententia quoad verba non est dubia,
sed clarum continet sensum, modo petitionem principii non infe-
rat. Ergo quoad punctum: an? transit in rem iudicatam, licet
quoad punctum: quantum? non transeat, sed ulteriori specifica-
tione & deductione opus habeat, sunt verba I. I. SCHOEFFERI
de declarat. sentent. dubiae c. 2. n. 15.



ad securitatem indemnitatemue parti quaesitae iure perfecto debitam pertinent, & quae, ad vltioris litis ambages praescindendas nouique processus incommoda euitanda, supplementi ope iam denique adiicere consultum est (4). In eiusmodi causis Praxis hanc seruat regulam, vt Restitutio petita non concedatur quidem, quia argumenta adlata iudicati ipsius rescissioni, saltim in vniuersum, imparia esse pro certo ponendum est; sed tamen sententia praecedens, mente eius quasi alia substituta, per declarationis officio datae auxilium, modum accipiat & iustum aliquod temperamentum (5). Rectissime vero, vt videtur. Addere enim ad cohibendas lites, quae cum iure quaesito victoris plane non pugnant, e contrario autem parti victae iure perfecto debentur; supplere ac determinare ea, quae luculenter de-

(4) PAVLVS respondit, rescindere quidem sententiam suam praecedentem Praetorem non posse: reliqua autem, quae ad consequentiam quidem statutorum pertinent, priori tamen sententiae defunt, circa condemnandum reum vel absoluendum, debere supplere. L. 42. de re iudic. Quod enim statim subiicitur, scilicet eodem die, ad eam causam pertinere non videtur, vbi demum ex vsu remedii contra sententiam, supplementi patefit necessitas. Vid. SODE de Mutatione sententiae th. 16.

(5) Huc itaque vere non pertinet casus sententiae declaratoriae in foro communi saepe obuius, vbi sententia prior, remedio interposito reiecto, in genere quidem confirmatur, sed additur declaratio reformatoria, jedoch mit dieser Erklarung &c. Et declarationis enim significatus hic alius est & sententia intelligitur remedio suspensa.

defun
finier
Egred
finali
demq
dex,
etumq
tiam,
is, q
Nec
Dum
decla
recta
per
Rari
dem
rius,
habe
peric
prae
lici,

(6)



defunt aut ex ipsa vincentis commemoratione aliter definienda sunt: non est mutare aut retractare sententiam. Egregie hanc in rem b. L. B. de CRAMER (6), *causa finalis sententiae*, inquit, *consideranda est. Vna vero eademque utrobique occurrit. Hanc vero quamdiu seruat iudex, ius parti quaesitum, ceu effectum illius, factum tenetumque seruat. --- Aequè minus retrahit Iudex sententiam, qui per aliam remouet, quod effectui illius obstat, ac is, qui decidit, quod superest, nimirum si quid dubii restet. Nec obstat, reiecti remedii vires esse posse nullas. Dum enim restitutioni in integrum effectum quandoque declaratorium attribuo, non ita intelligendus sum, ac si recta via & qua talis eam producat, sed vt eidem per obliquum tantummodo ansam det atque occasionem. Rarissimi interim sunt eiusmodi casus, tum quod condemnati querelae adeo iustae esse debeant, vt aduersarius, in quo efficaciter contradicere queat, prorsus non habeat, tum quod iura victoris facillimo tamen semper periculo maneant exposita. Binis rem exemplis in praefens illustrabo, quorum alterum Iudicii Imperii Aulici, alterum Cameræ Imperialis Praxin commonstrat.*

§. II.

PRAXIS IVDICII IMPERII AVLICI.

Quum aliud non suppetat, seligam exemplum e
causis,

- (6) in *Obferu. Iur. Vn. T. I. O. 15*, vbi pro more suo, id est solide, deducit, iudicem sententiam non mutare, qui modum eandem ad effectum deducendi per aliam mutat.





causis, quibus ipse in Consilio Imperii Aulico patrocinium praestiti.

Praeter alia, de solutione debiti hypotheca feudali muniti lis etiam erat inter S. R. I. Nobiles immediatos de R. successores feudales, & de B. heredes allodiales defuncti vasalli de R., cui interuenerat creditrix, Fundatio Aufsessiana B. Cum Senatus Imperii Aulicus firmiter foueat sententiam, agnatos feudi successores ob consensum in hypothecam praestitum non teneri, nisi excusso alodio; non poterat non d. 26. Maii 1758. decerni sententia contra allodii heredes. Erat autem eiusmodi:

Daß die Impetratische Geschwister von B., als Eigen Erben des H. G. von R., das von demselben bey der Aufsessischen milden Stiftung im J. 1742. erborgte Capital a 24000. fl. Frkl. in denen verschriebenen Fristen nebst denen verfallenen und ferner faelligen Zinsen, Einwendens ohngehindert, vorzüglich zubezahlen schuldig seyen. Jedoch der ab Impetratis ratione meliorationum in feudo factarum bereits eingeführten Klage ohnbeschadet.

Ast Fratres de B. in Restitutionis in integrum remedio refugium quaerentes, sole postea clarius probabant, praeter vtensilia quaedam nullius fere pretii & modicam argenti summam, in funus defuncti aliorumque debitorum priuilegiariorum solutionem iam erogatam, se plane nihil bonorum accepisse, totam e contrario allodii he-

hered
ri ab
ri acti
nis in
ter de
terea,
excute
rite c
Fines
dumq
re,
pertia
Senat
decla
tus su

(*) A
ra
er
S



hereditatem contra ius fasque sibi negari & adhuc detineri ab ipsis aduersariis, quos etiam hoc nomine peculiari actione ibidem conuenerant. Contra paratissimae solutionis iniunctae obligationem ipsam, iuri quippe conformiter decretam, haud poterant restitui: durissimum erat interea, soluere debere, antequam bona ipsa feudo prius excutienda possederis. Quo minus praeterea inuentarium rite conficere licuisset, soli etiam impediuerant aduersarii. Fines igitur obligationis generatim impositae regere modumque ei pro singulari causae qualitate ex aequo ponere, ad supplementum sententiae prioris ita necessario pertinere ratus, vt ne quidem opus fuisset remedio, Senatus iustissimus hanc reiectis restitutionis precibus declarationem d. 23. Dec. 1765. pietate officii commotus substituit (*):

Nachdem per Sententiam de 26ten May 1758. wie weit Beklagte von B. als Eigens Erben vor das Aufseßische Stiftungs Capital vorzüglich zu haften dermahlen schuldig seyn, noch nicht entschieden worden, und sie die von ihnen neuerlich sub lit. I. beygebrachte von ihrem Verwalter bereits beschwohrne Specification des nach Ableben des Erblassers zu ihren Haenden gediehenen allodial Vermoegens, wie auch den über dessen Betrag, sub lit. H. formirten calculum, mit einem
b koerper-

(*). Addenda sunt haec iis, quae de casu nostro iam commemorauit Generosiss. & amicissimus KOBIVS de KOPPENFELS in peregrina Commentat. de Pecunia mutuatia tuto collocanda c. VI. §. 85. p. 158.



koerperlichen Eyde zu bestaercken erboethig, auch da-
zu miteintretenden besondern Umstaenden nach billig
zu zulassen; Als wird zwar die von ihnen überflüssig
gebetene *restitutio in integrum* vor unstatthaft und er-
klaeret: Daß sie der interuenientischen von Aufseßischen
milden Stiftung die Zahlung vor jetzo weiter nicht
zu leisten schuldig und gehalten, als in so fern das
zu ihren Haenden gekommene allodial Vermoegen nach
geleisteten vorgedachten Eyde zureichend, und *Impe-*
trati von B. daß bereits ein und anders rechtlicher Ge-
bühr nach anderwaerts hinverwendet worden, in *con-*
tinenti zu erweisen nicht vermoeend. Wie dann de-
nenselben sowohl zu Leistung sothanen allhier in Per-
son oder *per procuratorem* abzulegenden Eydes, daß
sie nemlich ein mehreres, als in der Specification sub
Lit. I. enthalten, von der R. --- schen allodial Verlaßens-
schaft zu ihren Haenden nicht bekommen und deren
Betrag sich über die in Lit. H. angegebene Summa
nicht erstrecke, als auch zur Original Production de-
rer über die allschon praestirte allodial Schulden Zahlun-
gen, und bestrittene Leichenkosten in Handen habenden
Quittungen und Belege hiermit *terminus duorum men-*
sium sub Comminatione realis Executionis anberaunt
wird.

Visum igitur est, Restitutionem ex superfluo fuif-
se interpositam & solutionis iniunctae moderandae causa
simul terminum iurandi & apocharum proferendarum fu-
per soluta iam debita praefigere ac de caetero restitutio-
nis

nis li
cum
nicar

quid
inter
quen

Aedi
pret
uend
d. r
bis
feru
mach
zufu
riton
nun
quib
redi
ti ip
erbi
Ian.
Par

(*)



nis libellum non nisi *ad solam*, quam vocant, *notitiam* tam cum parte aduersa quam interueniente creditrice communicare libuit.

§. III.

PRAXIS CAMERAE IMPERIALIS.

Exemplum Praxeos Camerae Imperii, vnicum quidem, quod e tanta scriptorum iuris Cameralis cohorte inter Ludolfianas Obseruationes (*) reperire licuit, sequentis est argumenti.

Actum fuerat ab heredibus filiae Ganerbicae contra Aediles & Ganerbios Stadenses ad restituendam sortem pretii Ganerbici 2514. florenorum, & Mandatum de solvendo S. C. a. 1698. decretum. Excipiebat hoc ad d. 18. Mart. 1701. Paritoria plena, quam dicunt, verbis *generalibus* concepta & hac solum reconventionis reservatione munita: *die wegen einiger Burg Laender gemachte Gegen-Praetension gehoeriger Orthen ein und auszuführen.* Sequebatur deinde ad d. 17. Iul. 1702. Paritoria inhaesiva. In restitutionis postea electo iudicio nunc demum proferebant rei actorum litteras reuersales, quibus hi, illos immunes reddere a damno, bona Ganerbica redintegrare & debita suscipere, sollempniter erant polliciti ipsique actores declarabant, se tantum agere contra Ganerbios de Loew. Quo facto Camerae iudicium ad d. 20. Ian. 1736. repulsa Restitutione in integrum confirmauit Paritoriam

Demnaechst ist des --- Gesuchs pro Restitutione in integrum

(*) in cit. *Obseru. For. Supplem. O. 333.*



tęgrum auch weiter beschehenen Einwendens ungehindert, -- glaubliche Anzeige zuthun, daß dem -- Mandato auch darauf gefolgten Paritorii und zwar, gestalten Sachen nach, allein durch die, von denen Adlichen Geschlechtern der Ganerbschaft zu Stade, dermalen nur noch übrige von Loewen, geborsamlich gelebet sey

declaratione moderaminis specialiori hac adiecta

Jedoch bleiben Klaegere in Gefolg der ehemals ausgestellten Reverses sub (52) verbunden, wofern jemand wegen des in dieser Sache eingeklagten, und ihnen auszahlenden Kauf-Geldes einigen Spruch oder Forderung an Beklagte thun würde, dieselbe de iure & facto zu defendiren, zu vertreten und gaenzlich Schadloß zu halten. Da auch Beklagte, daß sie den in ermeldtem Revers versprochenen nothwendigen Beweiß thun, zu Wiederherbeybringung des Stockheimer Burg Gelaendes denen Klaegern oder ihren Vor-Eltern verhaftet, bescheinigen, oder solches noch inskünftige, zumal bey der immittelst verfloßenen so langen Zeit, hinlaenglich thun würden, solle alsdann, wegen Befolgung des Reverses in Wiederherbeybringung solcher Burg Gelaende, fernere Rechtliche Erkenntniß erfolgen; auch bleibet Beklagten, wenn sie einige Stockheimische Schulden nach Inhalt oftgedachten Reverses erweislich machen koennten, solches gegen die Klaegere annoch auszuführen vorbehalten: jedoch

*nis an
ra, s
insupe
rando
idque
sas fu
daretu
actoru
ret,
magis
antea
que fi
lisse p
S
non p
ratio,
inaugu
A*

*FRID
EMIN
AV
de vit
Fili*



jedoch dieses alles vorangeregter ihnen aufgelegter Parition unabbrüchig.

Subiungit LVDOLFVS, quia in Instantia Restitutionis argumenta fuerint prolata Paritoriam illam impeditura, si in tempore allegata fuissent, visum fuisse Senatui, insuper habita petitione Restitutionis in integrum, moderando sententiam priorem Paritoriam, liti imponere finem idque satius fore, quam ut, admissa ob aliquas saltem causas fundatas Restitutione in integrum, nouo Processui ansa daretur. Iustissime sine dubio. Quum enim ex litteris actorum reuersalibus ius agendi reo luculenter competeret, nisi iudex animum aduertisset ad illud, declarando magis specialiter reconuentionis iura, generatim nimis antea seruata, singulis vicibus peculiari processu opus neque finis fuisset dubitandi regulam, *videri iudicem repulisse petitionem, super qua non pronunciauerit.*

Sed pluribus haec in praesens illustrare & chartae non patitur & temporis angustia. Fert enim muneris ratio, vt duorum dignissimorum Candidatorum sollempnia inauguralia publice iam significem.

Alter est

VIR GENEROSISSIMVS ET ILLUSTRIS
FRIDERICVS IOSEPHVS DE SCHMITZ
EMINENTISS. ELECTOR. MOGVNT. A CONSIL. REGIMIN. ET IVDICII
AVLICI, EX PARTE CIRCVLI RHENANI SVPERIORIS CAMERAE
IMPERIALIS PRAESENTATVS ASSESSOR

de vitae suae laudatissime actae his apud nos verbis vsus:

Filius Assessoris Camerae Imperialis IOH. CHRISTO-





PHORI de SCHMITZ, die 28. Octobris 1732. Hildesiae Saxoniae inferioris natus, prima Elementa Iuris Civilis & Canonici posui praecedente Dno Consiliario aulico & Procuratore Camerae Imperialis BISSING & Aduocato nunc Professore Heidelbergense Dno KIRSCHBAVM, dein studium Digestorum, Iuris Publici, Naturae, Historiae Imperii & vniuersalis Moguntiae per duos annos continuauit apud Dnos Professores NEVREVTTER & DÜRR, usque dum Göttingae per vnum & dimidium anni, Digesta, Ius Publicum, Feudale, Criminale, Historiam Imperii, vniuersalem, statisticam ut & Collegium practicum apud D. D. Professores, GEBAVER, SCHMAVSS, KOEHLER, BOEHMER, MEISTER, PUTTER & ACHENWALL absolui, nec non Praxin Cameralem apud D. D. Consiliarios & Procuratores LOSKANT & de BRANDT per vnum annum Wetzlariae frequentauit.

Alterum

VIRVM PRAENOBILISSIMVM

GEORGIVM IGNATIVM MANSVETVM RÜDING

WETZLARIENSEM

ita de se exponentem audiuius:

Parentem optimum FRIDERICVM WILHELMVM RÜDING, supremi Camerae Imperialis Iudicii Cancellariae Directorem, colo, matrem vero habui suauissimam ANNAM MARIAM natam nobilem de PÜTZ, filiam quondam Affectoris de PÜTZ; annum modo gero vigesimum

mu
We
per
tem
TR
abs
trie
ria
str
RA
per
uan
Mo
illu
HO
int
cre
tiff
pro

tos,
c. 26.
labor
Vir P
tatur
iure
DAT



num quartum; studia inferiora colui apud Patres S. I. Wetzlariae & Moguntiae; absoluto studio philosophico per biennium Wetzlariae Iurisprudentiae, quam eo tempore tradidit ibi certus quidam iurisconsultus TRAVTMANN, incubui, dein studium iuridicum absolui Herbipoli in Franconia, in qua vniuersitate per triennium commoratus sum; elapso hoc triennio Wetzlariam reuersus, per vniennium praxi camerali apud illustrem ac consultissimum Dnum PHILIPPVM IACOBVM RASOR, iuris vtriusque Doctorem, supremi Camerae Imperialis Iudicii aduocatatum & procuratorem, operam nauauit, quo elapso examen iussu Eminentissimi Electoris Moguntini, Domini mei perquam gratiosissimi, sub perillustribus & Excellentissimis Dnis a KELLER & ab HORIX, Eminentissimi Electoris Moguntini consiliariis intimis, subii, & sic rite tentatus ao. 1769. munus Secretarii supremi Camerae Imperialis Iudicii ab Eminentissimo Electore Moguntino obtinui, cui adhucdum praesum.

Non tantum textus ex vtroque iure sibi propofitos, L. vn. C. vt quae def. aduoc. part. iudex suppl. & c. 26. X. de test. & attestat., insigni eruditionis copia elaborauit & magnam laudem tulit in examine rigoroso Vir Praenobilissimus, sed &, praemissa eleganti commentatiuncula de Austraegis, ad d. II. April. Theses ex omnigeno iure sub Praesidio GENEROSISSIMI DOMINI CANDIDATI de SCHMITZ tanta alacritate ingeniique virtute publi-



publice defendit, vt cum peregrinae eruditionis
 Domino Praefide pariter suffragia Ordinis nostri totius-
 que Senatus Academici vnanimia tulerit, petitam sum-
 morum in iure honorum *Licentiam* adipiscendi. Quam
 hesterno die Iphis sollempni actu collatam dignitatem pu-
 blice nunc significo & PERILLVSTRI AC MAGNIFICO
 DOMINO PROCANCELLARIO, ILLVSTRISSIMO CO-
 MITI, PROFESSORIBVS AC PRO CERIBVS REI PV-
 BLICAE TVM LITTERARIAE TVM CIVILIS OMNIVM
 ORDINVM CELEBERRIMIS, HOSPITIBVS INPRIMO
 ATQVE CIVIBVS ACADEMIAE NOSTRAE GENERO-
 SISSIMIS AC PRAENOBILISSIMIS pro praesentia,
 qua actum disputatorium splendidiorem reddere be-
 nigne voluerunt, gratias ago habeoque maximas. P. P.
 in Academia Ludouiciana ad d. III. April. MDCCCLXXIII.
 Sub sigillo Facultatis iuridicae.



Ged. Pln., Diss., 1773

VD 18

ULB Halle 3
005 356 709






12

Pra. 18. num. 27.
1773, 3^a 3/

ACADEMIAE LVDOVICIANAE RECTOR

ET

ORDINIS IVRIDICI DECANVS

CHRISTIANVS HARTMANNVS

SAMVEL GATZERT D.

CANDIDATORVM DIGNISSIMORVM

VIRI

748A

FR

G

R

12



VSTRIS

E SCHMITZ

VDICII AVLICI
SSESSORIS

IMI

RI RÜDING

ARI

RALIA

NTEGRVM

LARATORIO

DICIIS

acad. typogr.

